

3179

C O D I C E S

3180

plantzung der tzwelispoten. XXX. Sand lazlos verscheidung. Novembris III. Sand bylarius ein ewangelier (Diaconus) &c. Calendarium sequuntur VII. Psalmi dicti Poenitentiales, quorum singulis una strophæ Hymni: Veni creator Spiritus subnexa est, Litanie majores, ubi inter alia: Daz du dem romischen chayser vnd dem kunig figismund vnd allen christenleichen fuersten mit frid schaffest sein. Ex quo verisimile fit, codicem hunc ante an. 1411. quo Sigismundus ad imperium accessit, exaratum fuisse. Litanias excipiunt prolixæ, multis crucibus confeminatæ, et variis superstitiosis, ex hebraica, graecaque lingua corruptis vocibus infarctæ Benedictiones hoc rubro: Daz ist der Prief den Pabst Leo. kunig karulo sandt. der ist offi vnd dichk pewürt. Carolum M. et Leonem III. a maleferiato Fabulatore hic designari arbitror. Saniora sunt, quæ sequuntur: Formula Exomologeseos, Missa de B. V. Evangelia S. Jobannis et in die Epiphaniae, Psalmi complures, Symbolum dictum Athanasii, Expositio Orationis dominicæ, Passio Christi ex IV. Evangelistis compilata, sed in fine Codicis rursus ad prius furfur reditur. Literæ a. e. i. o. u. fol. antepenultimo subsignatæ denotant Collectionem hanc successu temporis ad Fridericum III. Imp. devolutam fuisse.

DCCCCXLV.

Codex chartaceus germ. Sec. 507 XV. Folior. 149. 4. bene scriptus, rubricis distinctus, olimque Leonbardi Gruber, tum Monasterii B. V. M. Scotorum Viennæ Sequentia continet: I. Pias Meditationes in VI. Nomina, quæ Corpori Domini tribuuntur, videlicet: *Eucharistia, Donum, Cibus, Communio, Sacrificium et Sacramentum.* Initium: *Als wir lesen in püchern das der vron leichnam gotes den er zu einer speis bat gemacht seinen chinden Sechs namen babe durch die manichualtigen vnd unczelleichen gnade die an derselben speis leit &c.* Ultima Meditatio ceteris prolixior est; ad contemplanda enim divinæ Naturæ Adtributa digreditur. Veram porro omnes pietatem spirant, nec absonis Allegoriis indulgent.

II. fol. 78. succedunt ejusdem ignoti Autoris Meditationes III. de Oratione, de Amore Dei et Proximi, et de Rerum caducarum vanitate. Initium primæ: *Unser getrewer vnd lieber schulmaister christus, der bat vns selb gelernt wie vnser gepet soll geschickt seyn &c.*

III. fol. 92. p. 2. Versio germanica Hymni: *Lauda Sion Salvatorem &c.* cum subjuncto singulis Strophis commentariolo. Initium Hymni: *Syon lob den bailant, lob den fürsten vnd den Herter &c.* Glossæ: *Syon bedexet einen spiegl &c.*

IV. fol. 95. Dialogus Rationis et Conscientiæ de modo et frequen-

3181

LITURGICI

3182

quentia accedendi ad S. Coenam, cujus initium: *Uil priester vnd ander menschen layen gelert vnd vngelert frawn vnd man cblagent grosleich vnd bechummernt sich swerleich &c.* Traductus e Latino *Matthaei de Cracovia* melius *Crocovia*, quem dedimus *Codd. variis.*

DCCCCXLVI.

79¹ Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 136. 8. probe scriptus, et deauratis picturatisque initiorum literis nitidus, *Precatorius* est. Praeit *Calendarium* ad pietis inferne Possessoris Insignibus Leones binos albos in Area rubra gradientes exhibentibus, in quo observo adpellari Octobrem *Regenmonet*, et Decembrem *Hartmonet*, Festum item Visitationis B. V. M. *Verporgen vnser frawen tag*, quem usum apud Cll. *Pilgramum* et *Helwigium* non reperio, indeque derivatum puto, quod *Maria*, dum apud *Elisabeth* in Montanis abesset, quasi latens et abscondita haberetur. Inter *Preces* chororum ducunt *Horae* breves de Passione Domini, et Compassione Mariae, quas in Rubrica praevia *Johannes* Ep. *Olomucensis*; in subsequa vero petente *Elisabetha Anna* Marchione *Moraviae* composuisse dicitur. *Elisabetham* hanc *Sigismundi* Imp. Filiam esse censeo, cujus Marito *Alberto Austr.* jam a. 1423. *Moraviam* Socer concesserat habendam, Autorem vero *Horarum* *Johannem de Praga* Episcopum

primo *Litomislensem*, tum *Olomucensem* et S. R. E. Cardinalem Virum de utraque Rep. optime meritum, cujus laudes congestae sunt in *Jos. Wratisl. Monsei Infulis doctis Moraviae* p. 52. cuique *ibid.* p. 60. alia item Scripta, videlicet *Linea Salutis* et *Exemplar Salutis* tribuuntur. *Horas* porro nostras, quas ille inter annum 1423. et emortualem 1430. componere debuit, in *Codice* excipiunt *Preces* ad Deum, *Divosque* variis opportunitatibus adcommodatae, quas inter Oratio inscripta: *Das nachgeschriben gepett solt du sprechen deinem zwelfpotten.* Q. d. Isthac Formula deprecabere *Apostolum* tuum. Unde videas, viguisse quondam opinionem, singulis Hominibus praestitutum esse *Apostolum*, qui in extremo judicio *Christi* vicarius de iis sententiam ferret.

DCCCCXLVII.

Codex chartaceus germ. Sec. 8²⁴ XV. Folior. 72. 8. Collectio est *Precum* et *Affectuum* piorum ad Deum et *Deiparam* variis opportunitatibus inservientium, puta sub *Missae* Sacrificio, tempore *Infirmatum* &c. Praecedunt *Monita* XVIII. inscripta: *Hailsame lehrn so Ain Mensch in Andacht wachsen oder zuenemmen will.* Oratio quaedam afflictionum tempore dicenda dicitur: *genumen vss dem Landsperger*; is est *Job. Justus Bojus Landsbergensis* *Cartusianus* celeberrimus interioris vitae magister, de cujus vita et scriptis